

# Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften  
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Achter Band.



Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1883.

## Verschiedenes.

Von W. Wattenbach.

### I.

Nachdem ich VII, 620 von der Uebertragung von Reliquien der h. Gemini nach Regensburg berichtet hatte, veranlasste mich die Notiz über den Cod. lat. Monac. 15631 im Catal. II, III, 25, die fol. 23 stehenden Verse 'de sanctis urbis' darauf anzusehen, ob vielleicht die Gemini darin erwähnt wären. Es ist jedoch nicht der Fall, sie lauten:

Gaude Ratisbona super excellencia dona:  
Conduntur duo bis in te gratissima nobis  
Corpora sanctorum. Sacer est Dyonisius horum  
In numero primus, Emmerammus nec laude ymus,  
Wolfgangus, Erhardus, neuter medicamine tardus.  
Quatuor istorum precibus nec non aliorum  
Hic contentorum ducamur ad astra polorum.

Amen.

Der Wunsch des Abtes von Ellwangen, 'ut celebrarentur in Noricorum regione', ist also nicht in Erfüllung gegangen. Ich habe jedoch auch aus genauerer Betrachtung der a. a. O. mitgetheilten Stelle die Ueberzeugung gewonnen, dass nicht etwa, wie ich anfangs glaubte, die ganzen Leiber, sondern nur Theile davon (reliquiae) nach St. Emmeram gekommen sind, und also die Auffindung in Ellwangen im 11. Jahrhundert keinen Widerspruch mit dieser Sendung enthält.

### II.

#### Reliquien in Gent.

Den hier mitgetheilten Brief hat Joh. Heller in Gent aus dem Cod. 439, saec. XIV, fol. 152 seqq. abgeschrieben. Er ist abgedruckt bei Miraeus, Opp. dipl. I, 348—350, schien aber eines nach der Hs. berichtigten Abdrucks nicht unwerth zu sein, zumal da die in derselben folgenden Stücke noch unbekannt sind; wenigstens konnte ich in den Regesten bei A. van Lokeren, Histoire de l'Abbaye de Saint-Bavon à Gand

(1855) keine Spur davon finden. Vredius in der *Genealogia ducum Brab. Probb.* p. 14 führt den Brief aus dem Archiv von Saint-Bavon an, und nach A. van Lokeren befindet sich das Concept in den Archives de la Flandre orientale, case 4, n. 3, n. 60. Sollte dort wirklich ein Original oder ältere Abschrift vorhanden sein, so mögen die einheimischen Gelehrten (was billig A. van Lokeren hätte thun sollen) es vergleichen; für den geschichtlichen Inhalt wird der hier vorliegende Text ausreichen.

Othelbold war nach den *Annales Gandenses* Abt von 1019 bis 1024. Er berichtet an die Gräfin Otgive, Gemahlin Balduins IV. (Barbati) von Flandern, auf deren Wunsch über die im Kloster vorhandenen Reliquien, und knüpft daran eine Klage über den heruntergekommenen Zustand desselben und die Verluste, welche es erlitten hat. Dazu kommt nun ein Verzeichnis des Schatzes und der Reliquien. Ferner ein Brief des Abts Andreas vom Pancratiuskloster in Rom an den Abt Odwin (982—998), dem er Reliquien sendet, nebst einem weiteren Verzeichnis der Schenkungen einer frommen Frau Teta. Die Ueberbringung verzeichnen die *Annalen* zum Jahr 985. Am 1. August 1080 übertrug Abt Wichmann diese zuletzt genannten zwei Portionen aus ihren zwei Behältern in ein neues (*istud scrinium*), und bei dieser Gelegenheit wurde augenscheinlich das vorliegende Schriftstück verfasst, um den Reliquien selbst beigegeben zu werden.

Epistola domini Othelboldi abbatis S. Bavonis Gandensis ad Otgivam comitissam.

Domine nostre serenissime Otgive comitisse Othelboldus gratia Dei abbas ceterique Gandensis cenobii fratres debita servitutis et orationis obsequia.

Precepit nobis excellentissima pietas vestra, ut nomina sanctorum quorum corpora annuente Deo apud nos continentur scriberemus; obtemperantes jussionibus vestris annotavimus et direximus vobis ea, ut memoria eorum jugiter vobiscum<sup>1)</sup> esset in presenti et ut partem cum eis mereamini<sup>2)</sup> habere in futuro. Nomina autem eorum hec sunt. Primus et precipuus patrie nostre patronus sanctus Allowinus<sup>3)</sup> cognomento Bavo, nobilissimus atque ditissimus Hasbaniensis pagi comes, beatissime Gertrudis virginis consobrinus, predicatione beati pontificis Amandi, immo Dei omnipotentis inspiratione tota mentis devotione conversus, relinquens cognationem et patriam ipsumque presulem Gandavum sequutus, dum studuit relinquere terrena, meruit obtinere celestia. Sed hoc liber vite eius ple-

1) *in ras.*

2) *meremini corr. mereamini.*

3) *B. c. A. corr.*

nus<sup>1)</sup> refert. Secundus sanctus Landoaldus Rome presul ordinatus, et a predicto pontifice Amando accitus ut gregem Domino fidelium sancta secum predicatione in Gallia<sup>2)</sup> amplificaret, postquam multam ad Dominum plebem convertisset, Trajectensem per novem annos rexit pontificatum, sanctum Lantbertum ab annis puerilibus studiis celestibus informans, post multa bonorum operum insignia in eodem est episcopio tumultus. Tertius beatus Amantius, ipsius presulis sancti Landoaldi archidyaconus, cum ipso in eadem techa repertus. Quartus Adrianus martyr, ipsius ad regem Hildricum inter-nuntius et in ipsa legatione a latrone interemptus, simul cum eo est tumultus. Quinta sancta Vinciana virgo, soror ejusdem sancti Landoaldi, sexta beata Landradra Belisie abbatissa que beatam docuit Amalbergam. Hii cum beato Landoaldo de Roma pariter venientes et ipsius ubique laboris et predicationis consortes, cum ipso sunt simul tumultati et Deo propitio ad nos usque perlati. Sed hec omnia liber de<sup>3)</sup> gestis eorum conscriptus manifestius testatur. Septima sancta Pharahildis virgo apud nos antiquitus reperta. Octavus sanctus Livinus episcopus, de Scottia causa orationis veniens et apud villam quandam Sancti Bavonis hereditariam a viris malignis interfectus, palmam est a Christo martyrii adeptus. Nonus beate memorie Macharius, Anthyocene sedis ut ipse fatebatur archiepiscopus, ut ipsi vidimus, sapientia et morum honestate preclarus, quem Dominus post plurima peregrinationis incommoda nobis est transmittere dignatus atque presentis vite molestia exutum et eterna gloria sublimatum crebris miraculorum signis postmodum mirifice decoravit<sup>4)</sup>. Deinde quanta apud nos plurimorum sanctorum pignora habeantur, scilicet apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, antiquitus ab ipso christianitatis exordio recondita, nisi quis oculis inspexerit neque narranti neque scribenti facile credit. Et quid<sup>5)</sup> hiis maximum et pretiosissimum est, pars quedam magna ligni salutaris cum ipso Redemptionis nostre cruore manifestissime perfusa, et fabrica annali<sup>6)</sup> auro gemmisque pretiosis decentissime inserta.

Nunc igitur, domina nostra dulcissima, quoniam satis vobis factum est de corporibus et<sup>7)</sup> reliquiis sanctorum, animadvertite si vestre placet pietati, qualis quantusve hic locus olim fuerit et ad qualem nunc dilapsus inopiam. Est enim caput regionis, primatum ceterarum tenens civitatum et ab antiquis Gandavum vocitatus, castrum ubi sanctus pontifex Amandus post gentilium conversionem templum Domino in honore beati apostolorum principis Petri reliquiis maximis construxit insertis, atque

1) plenus *cod.* 2) *ita Mir. Gallias cod.* 3) *superscr. man. al.* 4) Er starb am 10. April 1012; vgl. S. Hirsch, *Jahrbücher unter Heinrich II.* I, 527. 5) quod ex *Mir.* 6) *ita codex.* 7) s. et r. *corr. ut editum,*

monachorum inibi catervam instituens privilegiis apostolicis et regum preceptis decentissime corroboravit; ubi etiam insignis pater Bavo omni virtutum perfectione probatissime consummatus et, ut ante prelibavimus, a Deo omnipotente sublimiter est exaltatus. Cumque meritis ipsius et virtutum signis isdem locus cotidie oblationibus fidelium augetur et cresceret, post plurima annorum curricula peccatis christianorum exigentibus Northmanni ipsum locum adeunt, vastant, incendunt et omnia diripiunt, solummodo sanctorum corporibus maximis fidelium laboribus ad montem regium Laudunensem fuga dilapsis<sup>1)</sup>. Cumque inibi propter metum ipsorum Danorum quoniam omnia occupaverant diutius morarentur, hereditas eorum versa est ad alienos et domestici atque extranei diripuerunt eam, sed et proavus nostri senioris Arnulfus [Magnus]<sup>2)</sup> maximas inde abstrahens partes, satellitibus suis secundum quod unicuique eorum erat contiguum distribuit, hoc est in pago Curtracensi villam Elisachiam cum ecclesia et mansis 38. Item villam Aidengem et in villa Holthem m. 14, et in pago Methelentissi in villa Skelinis m. 4 cum molendinis duobus et cambis<sup>3)</sup> duabus, et in pago Tornacensi villam Fontaneiam nomine cum omnibus appenditiis, et in pago Trecensi villam Colonniam dictam. Item aliam villam nomine Nielam et in pago Brabantensi villam Meren cum ecclesia et mansis 77. Item Cramham villam cum ecclesia et m. 30. Item Bellavicum cum ecclesia et omnibus appenditiis. Item Bruggecme villam cum omnibus redditibus. Item villam Milimam cum ecclesia et omnibus adjacentiis. Item villam Merskhem cum ecclesia, pratis, pascuis, silvis et omnibus adjacentiis. Item villam Aingem cum ecclesia et ceteris ad ipsam pertinentibus. Item villam Badengem<sup>4)</sup> cum ecclesia et redditibus ceteris. Item villam Mortesela cum ecclesia suisque appenditiis, et in Masmine m. 5 cum ecclesia, et in pago Flandrense villam Bettینگem cum ecclesia et omnibus ad ipsam pertinentibus. Item Holtanna cum ecclesia. Item Ostold ecclesiam. Item ecclesiam Adingem et in pago Menpisco villam Guntrengem cum ecclesia, et in pago Gandensi villas has: Hemthorp, Husdine, Bergine, Wasmonasterium, cum omnibus appenditiis earum et ecclesia in villa Merendra sita. Sed et comites provinciarum et episcopi singuli eorum optinuerunt partes suas unusquisque in locis suis usque ad tempora pie memorie predecessoris nostri, domni videlicet abbatis Oduuni. Qui adiens piissimum imperatorem Ottonem quasdam imperio suo contiguas villas impetravit<sup>5)</sup>, quibusdam ut erant ibi injuste

1) 851, s. Dümmler, Gesch. d. Ostfränk. Reichs, I, 335. 2) *superscr.*

3) d. i. Brauereien.

4) radingem *corr.* badengem.

5) Erwähnt Ann. Gand. 988.

direpte<sup>1)</sup>, morte ipsum<sup>2)</sup> interveniente remanentibus. Ex quibus duas fiscales<sup>3)</sup> detinuit episcopus Leodicensis, Calmund et Meldrada cum eorum appenditiis. Et Remnoldus comes Suessionis villam Vasleiam nuncupatam. Sed et Winemarum villam Litbeca cum ecclesia et omnibus appenditiis. Et Uda comitissa villam Warminiam cum m. 15 et suis appenditiis, et comes Reinners villam Letha cum ecclesia et suis redditibus et Scornarda similiter. Et Robertus villam Grenberga et plurimi plures quas enumerare longum est.

Interim quoniam huc usque de injuste et violenter loco sancto ablatis summatim perstrinximus, nunc redeamus ad ea, si pietati vestre audire placet, que sanctis remanserint vel que post reversionem eorum de predicto monte laborioso sudamine nostrorum patrum postmodum sunt readquisita. In pago Flandrensi id est in Rodenburg due ecclesie, additis etiam inibi aliquantis terrarum partibus fidelium postmodum devotione collatis, similiter in Baltreshanda et in Lappesscuna et in villa Velthem mans. 5, et in Menpisco in villa Canengem ecclesia una et in pago Gandense in villa Merendre mans. 5 et in Wilda m. 5 et in Vinderholt ecclesia una et inter Marta et Ekkerengem m. 16 cum ecclesia et inter Liedrengem et Singengem et Ahtine m. 10. Item in alia villa Singengem super Scaldum fluvium m. 5 cum ecclesia. Item in Guddengem m. 5 et in Sualmis villa cum ecclesiis et m. 20 et Pagengem villa cum ecclesia et m. 30 et inter Kothem et Gisensela m. 6 cum ecclesia et dimidia. Hec de plurimis prioribus<sup>4)</sup> pauca juri sanctorum cessere, et hec sunt que clementia pii imperatoris Ottonis predictus dominus abbas Odwinus postmodum impetravit, ut supra retulimus: in pago Tornacensi villam Waterlos cum ecclesia et omnibus adjacentiis. Et in comitatu Anduerpensi villam Buccholt cum ecclesia et redditibus, sed et precincturas et thelonea in omni regno suo nobis clementer indulgit. Huic nostre miserie et inopie accessit<sup>5)</sup> pietas benignissimi nostri huius senioris Balduwini [scilicet<sup>6)</sup> Barbat] et de suo proprio in pago Flandrensi in loco nuncupato Ruga contulit ducentas mensuras terre pascuis ovium congruas. Et in pago Gandensi in villa Slota m. 7 et in pago Bragbatensi villam Selleca cum ecclesia et m. 10 et in villa nostra Waterlos m. 7. Hec ergo omnia cum exactoribus nostris diligentissime perscrutantes vix m. 200 ad fratrum usus servientes quivimus computare. Ecce, domina nostra clementissima, patefecimus vobis omnia que prius apud nos fuerunt et que postmodum et que nunc. Amodo locum sanctum respicite et nostri misereamini, ut dominum nostrum Balduinum et liberos vestros et regnum

1) direpta corr. direpte. 2) ipsius? 3) l.: fiscales. 4) pr. pa. bis scripta, sed primo loco rursus deleta. 5) accesserit. 6) superscr. in ras.

vestrum omnipotens dominus noster interventu omnium sanctorum suorum precibusque nostris exiguis respiciat et gubernet, detque vobis quietam et tranquillam vitam in presenti et regnum et requiem sempiternam in futuro. Valete.

Breviarium de thesauro sancti Bavonis quod invenerunt fratres remansisse post Nordmannicam infestationem.

Invenimus de thesauro sancti Bavonis remansisse post reversionem de Monte regio, imprimis calicem aureum cum patena et calicem alterum cum patena deaurata et calicem unum de crystallo et calices 7 de argento cum patenis 8, lignum Domini 2 de auro, cruces 3 de auro<sup>1)</sup> et unam de argento, offertorium 1, turribulos 2 de argento, bustiam unam, candelabra 2 de argento, lampades 3 de argento, evangelia 2 de auro et argento parata, pallia 6 meliora et alias 7, casulas 7 et cappas 3, dalmaticas 8, rottos<sup>2)</sup> 3, stolam 1 auream et alias 2 cum auro, manipulas 2 cum auro et alias<sup>3)</sup> 2, vasculas 3, facitergula 3, corporalem 1, tabulas 2, capsas 8 cum auro et argento p.<sup>4)</sup>, fustes<sup>5)</sup> 15 cum argento p.<sup>4)</sup>, tabulas de argento 20 libr. 5 et semis, crucifixum 1 de argento, altare marmoreum de argento p.<sup>4)</sup>, columnas 19, coronas 2 de argento, cortinas 2, tabulas de sepulchro 23, crucifixum maiorem 1, crucem 1, albam 1. Desunt autem plurima pretiosa que fuerunt ornamenta, ut est crux illa aurea que Bruggis fuit ad servandum missa, nec postea reversa, et alia multa proch dolor! direpta, sicut fuerunt cappe 24 de pallio et campane 15 cum circulis deauratis et cathenis argenteis, sicut retulerunt qui viderunt et in sancto ministerio habuerunt. Reliquie de ligno salutifere crucis et roseo eius infusa cruore. De spinea corona Domini nostri auro gemmisque contextum per sanctum Eligium episcopum. De sudario Domini. De spongea Domini. De minutiis sancte crucis, quando Helena mater Constantini fecit secari serra. De lapide super quem expandit Christus sanguinem suum in Golgata. De lapide super quem steterunt pedes Jhesu, quando ascendit ad celos. De mensa Domini. De presepio Domini. De tunica Domini. De sepulchro Domini. De pannis in quibus involutus erat infans Christus in presepio. De lapide in quo stetit crux Christi. De rupe Calvarie. De ostio monumenti Domini. De candela quam accendit angelus Domini. — Reliquie sancte Marie Dei genitricis. De lacte sancte Marie. Digitale cyrotece s. Marie. De vestimentis ipsius. — Reliquie s. Johannis baptiste. De sanguine ejus. De cerebro ejus. De pulvere corporis ejus. De veste ejus. — Reliquie

1) argento *corr.* auro c.

2) roccos?

3) aliam *corr.* alias.

4) i. e. parat.

5) fuscus?

s. Petri apostoli. Dens ejus. De capillis ejus, hoc est de barba ejus. De cruce ejus. De operculo ligneo quod super corpus ipsius positum fuit in sepulchro. Baculum ejus et ferrum ipsius baculi. De cathedra ejus. De mensa ejus. — Reliquie s. Pauli apostoli. De sanguine ejus et de cerebro ipsius. — De capillis s. Bartholomei apostoli. Reliquie de s. Matheo apostolo. Reliquie s. Barnabe apostoli. Reliquie s. Luce evangeliste. De brachio s. Symeonis. Reliquie sanctorum innocentum. Reliquie multe de ossibus s. Stephani prothomartyris Christi. Duo dentes ipsius et dimidiis. De sanguine ejus qui est in ampulla vitrea. Item de ejus vestimento sanguine ipsius perfusum. Reliquie diverse de s. Laurentio Christi martyre, hoc est de ejus corpore os magnum. Item de eodem dens unus. Item de ejus craticula et de carbonibus qui sub eo ardebant. Reliquie s. Dyonisii martyris. Reliquie s. Quintini martyris. Reliquie s. Marcelli pape et martyris. Reliquie s. Prothasii martyris. Reliquie s. Leodegarii martyris. Reliquie s. Crisogoni martyris. Reliquie s. Johannis et Pauli. Reliquie s. Preiecti martyris. Reliquie s. Victoris martyris. Reliquie s. Gengulfi martyris. Reliquie s. Marcellini et Petri. Reliquie s. septem dormientium. Reliquie s. Speusippi, Eleusippi et Meleusippi. Reliquie s. Lantberti martyris. Reliquie s. Syxti martyris. Reliquie s. Blasii martyris. Item sancti Christofori martyris. Reliquie s. Ypoliti m. Reliquie Silvestri pape. Reliquie s. Martini confessoris. Reliquie s. Nicholai confessoris. De ossibus ejus. Dens ejus unus et de oleo tumbe ejus. Reliquie s. Egidii confessoris. Reliquie s. Godardi confessoris. Reliquie s. Ambrosii confessoris. Dens s.<sup>1)</sup> Audoeni confessoris. Reliquie s. Eleutherii confessoris. Reliquie s. Audomari confessoris. Reliquie s. Materni confessoris Treverice civitatis archyepiscopi. Reliquie multe et diverse de s. Remigio, Remorum archyepiscopo. Reliquie s. Medardi confessoris. Reliquie s. Eligii confessoris. Reliquie s. Prioichi confessoris de Britannia. Reliquie s. Germani confessoris. Reliquie s. Remacii confessoris. Reliquie s. Adalberti confessoris. Reliquie s. Gregorii pape. De capillis s. Wandregisili abbatis. Reliquie s. Gisleni confessoris. Reliquie s. Marie Magdalene. De capillis ipsius. Reliquie multe XI milia virginum et de ferro cum quo fuerant trucidate. Reliquie s. Agate virginis et martyris. De ossibus ejus. De mamilla pectoris ejus et de velo ejus. Reliquie s. Gertrudis virginis. Reliquie s. Katherine virginis et martyris. De corpore ejus. De peplo ejus. Oleum quod de ossibus ejus stillare consuevit. De sepulcro ejus. Reliquie s. Aldegundis virginis. Reliquie s. Eufemie virginis. Reliquie s. Scolastice virginis. Reliquie s. Natalie. Reliquie s. Brigide virginis. Reliquie s. Mar-

---

1) *bis scripsit c.*

garete virginis. Oleum quod de corpore s. Walburgis sudando exivit. Reliquie s. Cecilie virginis. Reliquie s. Drophilde. Reliquie s. Amalberge virginis. Reliquie s. Elyzabeth. Hiis Dominus ad laudem sui nominis adaugeat pluriora. Amen.

In<sup>1)</sup> nomine Domini. Andreas abbas de cenobio S. Pancracii Oduino abbati Gandensis cenobii<sup>2)</sup>).

Iste sunt reliquie s. martyris Pancracii quas transmisit Andreas humilis abbas de urbe Roma ad cenobium Gandavi castri, non causa pecunie set pre Dei caritate proximique dilectione, rogante dompna Teta Dei ancilla ex Anglorum genere orta, quatinus memoratas reliquias mitteremus in locum sacrum ubi magnam venerationem et missarum haberent celebrationem. Nunc autem precor vos, domne Oduine, venerabilis abbas, ut pre timore Dei et amore sancti martyris Pancracii accipiatis cum reverencia et debito honore portiones de ejus sacratissimo corpore, id est de ejus dorso et costis et de crure et integrum os de brachio ejus, et recundatis in celebri loco ubi cotidie et sine intermissione sacrificiis et hymnis sicut<sup>3)</sup> dignum est honoretur, et ut nos invicem fraternitatem habeamus ac memores alterutrum simus sive in orationibus sive in missarum celebrationibus. Valet in Christo.

Preter has reliquias Teta venerabilis femina concessit in<sup>4)</sup> urbe Roma domno Eremboldo postea abbati alias reliquias, id est ascellum s. virginis et martyris Barbare cum aliis reliquiis corporis ipsius. De sepulcro Domini, de vestimentis Domini, de minuciis s. crucis, quam fecit Constantini mater Helena secari serra. Digitale cyrotece s. Marie et de ejus sindone. De mensa s. Petri apostoli ejusque cathedra, de monte Oliveti, ubi Dominus ascendit in celum. De sanguine s. Pauli apostoli et de sanguine s. martyris Crisogoni. De spinea corona Domini. Unum membrum de s. Matheo apostolo, et unum de s. Silvestro. Acta sunt hec anno incarnationis dominice 982<sup>5)</sup>, indictione 13, epactis 23, concurrentibus 3, Hugone Francorum rege et Arnulfo Juniore Flandrensi comite, Oduino quoque hujus Gandensis cenobii abbate.

Omnes has reliquias transtulit domnus Wichmannus abbas Gandensis cenobii in istud scrinium de duobus scriniolis primo die calendarum Augusti et suo firmavit sigillo anno incarna-

1) *Sequentia scripsit alia manus, ut videtur.* 2) Diese Sendung berichten die Annales Gandenses zum Jahr 985. 3) seu. 4) conc. d. E. p. abb. in u. R. *corr. ut editum.* 5) Nicht nur nach den Annales Gandenses, sondern auch nach der Indiction muss 985 richtig sein: dagegen stimmen die Epacten zu 982. Arnulf II. der Jüngere, regierte von 965 bis 989, Hugo aber wurde erst 987 König, und die Daten sind also nicht gleichzeitig, sondern vermuthlich 1080 berechnet.

cionis dominice 1080, indictione 3, Philippo Francorum rege, Roberto Flandrensi comite, Radbodo vero episcopo Noviomensis ecclesie.

---

Aus dem Cod. Lat. Monac. 52 theilt mir W. Meyer folgendes Bruchstück mit, welches auf Bl. 144 mit Schrift des 10. oder 11. Jahrhunderts geschrieben ist: 'H. DEI gratia. fauente dux. Insigni domno VI.<sup>1)</sup> abbati. In Christo dilectionis conatus ex debito. Uestri dilectionem ac sanctitatis magnitudinem. quo uuofonem uestri uasallum tale beneficium quale imperator sibi concessit habendum per nostram petitionem hebere (sic) concedatis.

---

Der Cod. Lat. Monac. 19101 (Catal. II, 3, 231) aus Tegernsee ist eine ausserordentlich schöne Evangelienhs. in Uncialschrift. Die Buchstaben stehen zwischen Doppellinien und sind mehr gezeichnet als geschrieben, wie mir scheint aus karol. Zeit. Dahin weisen auch die Canones evangeliorum und ein grosses Kreuzornament mit irischen Verzierungen auf Bl. 16. Auf dem ersten Blatt steht eine Ostertafel und von derselben Hand auf dem Vorderdeckel des Einbands:

Anno DCCCC LXX VIII. IIII. Non. Mar. coepta est regularis conversatio in hoc monasterio a venerabili monacho Hartwico de S. Maximino.

Eodem anno mancus quidam digitis in volam infixis per virtutem sancti Quiryni officium manuum recepit.

Anno DCCCC LXX VIII. ab imperatore Ottone secundo idem Hartwicus baculum et privilegium recepit et a venerando episcopo Abraham benedicitur, et monachi regulam professi sunt.

Mit etwas anderer Dinte folgt der Eintrag:

Anno DCCCC. LXXX II. bonę memorię idem Hartwicus abbas obiit VI. Id. Aug.

Die im Katalog angeführten Notizen über Reliquien stehen auf dem hinteren Deckblatt.

---

1) Mit Querstrich und Horizontalstrich darüber, viell. Ulrico.

---